DE SATVRAE ROMANAE HEXAMETRO QVAESTIONES HISTORICAE.

DISSERTATIO INAVGVRALIS
QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE
GRYPHISWALDENSI RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ARTHVRVS KVSCH
POSNANIENSIS.

TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS
MCMXV.

CONSENSV ET AVCTORITATE ORDINIS PHILOSOPHORVM DISSERTATIONEM TYPIS EXPRESSAM ESSE TESTATVR

E. PERNICE
ORDINIS PHILOSOPHORVM H. A. DECANVS.

AD ORDINEM PHILOSOPHORVM DE COMPROBANDA DISSERTATIONE RETTVLIT

E. LOMMATZSCH
PROFESSOR P. O.

EXAMEN RIGOROSVM HABITVM EST DIE XXXI. MENSIS QVINTILIS ANNI MCMXIV.

PARENTIBVS QVINQVEVICENNALIA
DOMESTICA FELICITER.

Argumentum.

Libros inspexi hos:

Bickel, E., Antike Metrik. (Gercke u. Norden, Einleitung in die Altertumswissenschaft I² p. 567.)

Bickel, E., Iuvenaliana. (Rhein. Mus. 67 p. 142.)

Birt, Th., Ad historiam hexametri Latini symbola. Bonnae 1874.

Bock, K., Lateinische Metrik und Prosodie. Berlin 1875.

Bornecque, H., Deux études de métrique lat. II. La métrique de Iuvenal dans la sat. I. (Revue des études anciennes 1901 p. 200.)

Crain, M., Andeutungen zur beurteilung des lateinischen hexameters (Philologus X, 1855, p. 250.)

Drobisch, Über die Formen des lateinischen Hexameters. (S.-B. der Sächs. Akademie der Wissenschaften.) Leipzig 1866.

Drobisch, Weitere Untersuchungen über die Formen des Hexameters bei Vergil, Horaz und Homer. Leipzig 1868.

Drobisch, Über den Unterschied in den Grundlagen des lateinischen und griechischen Hexameters. Leipzig 1873.

Ehart, C., Horatii hexametrum descripsit. Vindob. 1889.

Eskuche, Iuvenals Versbau. (In editione Friedländeri.)

Franzen, Th., Über den Unterschied des Hexameters bei Vergil und Horaz. Krefeld 1881.

Fritzsche, H., De versu paroemiaco Horati. (In editione sermonum I p. 175.)

Fröhde, Fr., De hexametro latino. (Philologus XI, 1856, p. 533.)

Gleditsch, H., Metrik der Griechen und Römer. (Handb. d. kl. Altertumswissenschaft II 3.) ³München 1901.

Gleditsch, H., Bursians Jb. 144 p. 149.

Hermann, F. C., Die Elision bei den römischen Dichtern. Berlin 1863.

Klapp, H., Über die Hephthemimeres des lateinischen Hexameters. Posen 1868.

Kießling, Comment. ad Horati saturas p. XXVI.

Kleinecke, P., De penthemimeri et hephthem. caesuris a Vergilio usurpatis. Hal. 1882.

Küster, De Persii Flacci elocutione quaestiones, III. Loebau 1897.

La Roche, Zahlenverhältnisse im homerischen Verse. (Wiener Stud. 20, 1898.)

La Roche, Der Hexameter des Vergil. (Wiener Stud. 23, 1901.)

Meyer, W., Zur Geschichte des griechischen und lateinischen Hexameters. (S.-B. München 1884.)

Meyer, W., Über die weibliche Cäsur des klassischen Hexameters. (S.-B. München 1889.)

Mirgel, H., De synaloephis et caesuris in versu hexametro Latino. Gott. 1910.
Mueller, L., De re metrica. [2] Petr. 1894.
Platner, Notes on the metre of Persius. (Transact. of the Amer. philol. association 1895 II p. 58.)
Quicherat, Les verses hypermètres de Virg. (Rev. de phil. 14, 1890, p. 51.)
Schultz, Jul., De prosodia satirae Rom. capita II. Regim. 1864.
Schultz, Jul., Beiträge zur lateinischen Metrik. I. Danzig 1872.
Schulze, W., Quaestiones Iuvenalianae I. De genere quodam versuum insiticiorum quos credunt. (Hermes 21, 1886, p. 183.)
Siedow, A., De elisionis, aphaer., hiat. usu in hex. Latinis . . . Gryphiae 1911.
Stowasser, J., Der Hexameter des Lucilius. Wien 1880.
Stowasser, J., Vulgärmetrisches zu Lucilius. (Wiener Stud. 27, 1905.)
Waltz, A., Des variations de la langue et d. l. métrique d'Hor. dans ses diff. ouvrages. Paris 1881.
Witte, K., Der Hexameter des Ennius. (Rhein. Mus. 69 pg. 205 sq.)

Editiones sequor

in Ennio	Vahleni alteram	Lps.	1903,
Lucilio	Marxi	Lps.	1904,
Vergilio	Ribbecki	Lps.	1895,
Horatio	Vollmeri alteram	Lps.	1912,
Petronio	Buecheleri quintam	Berol.	1912,
Lucano	Hosi tertiam	Lps.	1913,
Statio	Klotzi	Lps.	1908,
Persio Iuvenale	Jahni quartam, quam curavit Leo	Berol.	1910.

Tria in omni metrico usu observando sunt respicienda: aetas, genus, homo. Artem enim metricam per saecula, decennia, ne dicam per annos, multis modis commutari satis notum est. Varie interdumque pervarie poetas uno eodemque metro uti nemini ignotum. Idem metrum aliter ab eodem saepe poeta in aliis carminum generibus exerceri — perspectum quidem hoc quoque — planius, quantum ad satiricorum hexametrum,[1]) hoc libello disquirendum mihi proposui. Neque tamen illa de hominibus aetateque praetermittere volui ut nondum quaesita satis aut distantia aut continuatione observata.

Itaque tres huius quaestionis efficiuntur partes. Primo enim de singulis poetis enarrabitur, eisque de Horatio saturarum auctore, de Persio, de Iuvenale. Horum omnes versus perlegi, caesuras elisiones aliaque computavi, disposui, enumeravi. Tum sui quisque temporis cum poeta quodam epico breviter comparabitur, atque Horatius cum Vergilio, Persius cum Lucano adiecto etiam Petroni bello civili, Iuvenalis cum Statio. Vergili quidem primum tantum Aeneidos librum pervolvi, Lucani Pharsaliorum omnes, Stati Thebaidos primum. Tertio loco ad poetas illos non solum satiricos inter se comparandos quandamque continuitatem observandam aggrediemur Lucili quoque et Enni adhibitis nonnullis. Varronis quidem hexametri fere triginta certo iudicio comprehendi non possunt.

---

[1]) Satiricos poetas metrica quaestione perscrutatus est Jul. Schultz, De prosodia sat. Rom., partim ut vides atque minutatim. Idem a. 1872 programmate scripsit Beiträge zur lateinischen Metrik I, quibus et satiricos et epicos poetas usque ad Iuvenalem eiusque aetatem disquisivit, sed utrosque comparare inter se destitit. Tamen ex elisionibus diligenter computatis aliquid utilitatis exstat huic opusculo. Deinde Th. Franzen, Über den Unterschied der Hexam. bei Vergil und Horaz, cum exempla sectatoresque utriusque poetae neglexerit, genus quod est summi momenti observare non potuit.

Sed priusquam ad res ipsas nos convertamus, de principiis quibusdam metricis agendum est, ut pro tanta in metricis diversitate sententiarum id quod equidem unoquoque loco rectum habui aut dicam aut probem.

Quod, quantum ad elisiones, brevis spatii est. Computanti enim mihi elisiones etiam syllaba ‚-que' adicienda videbatur, quam Eskuchius in Friedlaenderi Iuvenale p. 59 s. cum ‚ne-' coniunctam omittere maluit. Qua de re diligentius quaerere neque locus hic est neque ullius ad hoc opusculum est momenti. Deinde vocales in fine verborum positas, quoad dubiae quantitatis sunt, secundum poetae cuiusque usum videlicet distribui in tabellas, de usu autem singulis poetis pauca addam. Iam planius est agendum de caesuris. De quibus ut sunt difficillima quaestio iudicium demonstratio, ita vel in summis longe dissentiunt cum antea tum hodie viri docti. Atque de eo potissimum altercatio fit, utrum in caesuris constituendis ratio habenda sit sensus interstitio necne. Non habendum esse iudicat, ut alios [2]) omittam, Meierus vir doctissimus deque hexametro recte intellegendo optime meritus causis non adhibitis (S.-B. München 1884, 1044 s.); nam quod dicit apud Homerum quia ex 27795 versibus 314 tantum inveniuntur carentes incisione tertii pedis concludendum esse poetam de industria tertium pedem incidisse eoque caesuram aut semiquinariam aut tertiam trochaicam in omnibus illis versibus ponendam esse, ea re mihi non probatur sensus interstitium non esse respiciendum. Ceterum considerandum puto in aliquo hexametri pede ne ulla sit incisio neve etiam binae exstent diaereses, aut hypertrisyllabo aut molossico verbo opus esse. Sed cur faciamus vitantem poetam incisionem tertii pedis? Sane cum fieri poterat, caesuram hoc loco posuit Homerus; tamen etiam alios pedes quin caesuris concedamus nulla videtur esse causa. Sed Homeri metrica ars valde dissidet ab Latinorum poetarum usu, quod ipse dicit Meierus (p. 1024). Quem secutus est Nordenus [3]) aliique, aliter aut iudicaverant aut iudicaverunt Hermannus aliique. Equidem quamquam opus per se non esse

---

[2]) E. g. La Roche, Zahlenverhältnisse im hom. Verse.

[3]) Contra quem Gleditsch (Burs Jb. vol. 144 p. 150).

censeo coniunctam caesuram esse cum interstitio sensus, tamen melius esse contendo praecipueque in trochaica caesura, quod his probem. Versus enim recitanti duae sunt rationes significandi caesuras, mora loquendi altera, altera accentus syllabae antecedenti impositus. Quarum vel haec vel illa vel utraque potest usurpari in virili caesura, muliebris non nisi illa notari potest. Mora igitur loquendi ubicumque nullum habet locum post trochaeum, nullum locum habet caesura trochaica eaque principalis loco non nisi gravi sensus interstitio potest exstare. Quamquam quo quis diligentior est poeta, eo magis hoc respexit, ideoque interdum etiam trochaicam caesuram eamque in tertio pede sine interstitio illo abhibitam esse videbimus. Atque sicut omnes imitatores saepe nimiam curam in formam diligentissime servandam derigunt ita etiam poetas satiricos epicis exemplis usos caesuras, quas illi usurpabant, ipsos quoque abhibuisse videbimus interstitio sensus, nisi in trochaica tertia, nullam persaepe habentes rationem. Quamquam qui non fuerit magna diversitas inter satiricorum atque epicorum etiam versus, cum omnino tam discrepantia poesis genera uno eodemque metro uti mirandum sit?

Altera deinde est dissensio de semiseptenaria et tertia trochaica caesuris. Sunt enim qui illam principalem aut umquam omnino aut cum antecedit trochaica tertia, esse negent. Atque in his est Meierus (S.-B. 1889, 228 ss.) sequente iterum Nordeno, qui (ad Vergili Aen. VI.) exemplum trochaicae caesurae principalis hunc addit versum:

non comptae mansere comae sed pectus anhelum

cum ei apud Vergilium verum exemplum exstitisset hic e. g. versus:

quid Troes potuere, quibus tot funera passis (I 232)

vel hic:

obstipuit simul ipse, simul percussus Achates (I 513).

Impugnat illum L. Muellerus (de re metrica² p. 212), qui semiseptenariam pro principali interdum habendam esse docet. Atque nuper K. Witte (Rhein. Mus. 69, p. 205 sqq.) idem novis argumentis confirmavit. De aliis, qui de hac re sententias protulerunt, dicere praetermittam. Equidem tertiam trochaicam principalis loco ab epicis poetis post Vergilium non iam fere adhiberi mihi

persuasi, velut apud Lucanum numquam occurrit, apud Statium perraro. Eandem trochaicam apud satiricos etiam posteriorum temporum inveni nonnumquam. Sed postea de his agendnm est. Semiseptenariam numquam fere usurpari sine semiternaria aut semiquinaria, atque semiternariae plerumque adiecta aut tertia trochaica aut semiquinaria, ita ut tripartitio exstet, cum singulos poetas tractabo, ostendam. Ceterum saepe, cum et semiquinaria et semiseptenaria aderant, diiudicare nec potui nec ausus sum, utra principalis sit. Nam etiam semiseptenaria quin principalis esse possit, nequaquam dubito. Inserui incertos versus tales iis, qui semiquinaria secantur.

Itaque duobus modis versus divisos esse contendo, aut bipartitione facta aut tripartitione, illud aut semiquinaria[4] aut semiseptenaria aut caesura post tertium trochaeum, hoc semiseptenaria et semiternaria. Atque semiquinariae addi solent subsidiariae aut semiseptenaria aut diaeresis bucolica aut quarta trochaica, semiseptenariae cum semiternaria aut tertia trochaica aut semiquinaria. Tripartitio autem saepe apud epicos, nonnumquam apud satiricos significatur homoeoteleutis, quae e. g. apud Lucanum 1531 bis secatorum interiecta trochaica versuum in 150 fere inveniuntur, praeterea in 60 fere interiecta semiquinaria, bis nulla incisione inter principales.

Denique de nonnullis singulis versibus et Horati et Iuvenalis agendum est, atque primum de his:

An tu reris eum occisa insanisse parente Hor. S. II 3, 134
Vestrum praetor, is intestabilis et sacer esto 181[5]
Qui spatium vitae extremum inter munera ponat Iuv. X 358
Inviti quoque avaritiam exercere iubentur XIV 108.

Talibus enim versibus cum alii tum H. Mirgel in dissertatione De synaloephis et caesuris in versu hexametro Latino p. 40, 47, 56 aliisque caesuras non deesse dicit secundum eam quam sese invenisse contendit legem.[6] Nam in compositis post praepositiones vel ‚in‘ negativum caesuram constare posse dicit

[4]) Quae forma quin usitatissima sit equidem non dubito; ceterum cf. H. Fritzsche in edit. Horatian. serm. I p. 175; quem non respicit La Roche, Der Hexam. d. Vergil.

[5]) Ep. I 18, 52; A. P. 87, 263; Verg. XI 758, XII 144.

[6]) cf. etiam Kiessling in comm. ad Hor. sat. p. XXVI sq.

ideoque versibus illis sive semiquinariam sive semiseptenariam inesse. Quod mihi rectum non videtur esse. Licet enim plerumque atque etiam in omnibus eiusmodi versibus post compositi primam syllabam incidi possit atque praepositiones quidem non tam cum verbo cohaereant quam cum obiecto vel antecedenti vel insequenti, tamen etiam praepositiones caesura divelli non posse contenderim a verbo, cum quo etiam litteris saepe coalescant, velut ‚ad-‘ commutari in ‚ac-‘, ‚af-‘ aliaque videmus, ‚in‘ negativum in ‚im‘ aliaque; minime praepositionem ‚inter‘ in duas partes disiungi posse concedo. Hoc autem argumento ad refutandum utar. Versus enim caesura carentes efficiuntur, ut manifestum est, plerumque vocabulis paucis et longis. Vocabulorum autem longorum magna pars composita sunt. Ita fit, ut in versibus, qui nullam caesuram habent, compositis occurramus non solum singulis, sed nonnumquam binis, velut eorum, quos Mirgel attulit, hi:

Portat ovans. ducis exemplum eventumque secuti Verg. Aen.
Magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile XII 144. [XI 758.
Quem modo felicem invidia admirante ferebant Prop. II 17, 11.
interdum ternis, velut
Rumpere compagem impositam expallescere caelum Sil. XII 146.

Non igitur, ut caesura fieret, poetae composita inseruerunt, sed, quod inserenda erant, caesura prohibebatur.

Idem sentio de his Horati Iuvenalisque — nam Persius non habet tales — versibus:

*An vigilare metu exanimem || noctesque diesque Hor. S. I, 76.
Denique, quatenus excidi || penitus vitium irae 3, 76.
*Iura inventa metu iniusti || fateare necesse est 111.
Vindemiator et invictus ||, cui saepe viator 7, 30.
Ire modo ocius, interdum || consistere, in aurem 9, 9.
Fuscus Aristius occurrit || mihi carus et illum 61.
*Dura valetudo inciderit || seu tarda senectus II 2, 88.
*Cum laqueo uxorem interimis || matremque veneno 3, 131.
*Rufam aut Pusillam appellet || fortique marito 216.
*Destinet uxorem interdicto || huic omne adimat ius 217.
*Monstravi incóquere; inlutos || Curtillus echinos 8, 52
Sollicitudine districtum || ne panis adustus 68.

*Optima silvarum interea || pelagique vorabit Iuv. I 135.
*Tunc prurigo morae impatiens ||, tum femina simplex VI 327.
*Sunt quas eunuchi imbelles || ac mollia semper 366.
*Pallida labra cibum accipiunt || digitis alienis X 229.
*Dirue Maurorum attegias || castella Brigantum XIV 196.
*Monstro voluptatem egregiam ||, cui nulla theatra 256.

Atque accedit in hoc quod octo Horati, duo Iuvenalis praeterea exstant versus, quibus alioquin similibus illorum propter composita semiquinaria expediri non potest. Sunt hi versus:

*Est in matrona, ancilla || peccesne togata Hor. S. I 2, 63.
Hic tibi comis et urbanus || liberque videtur 4, 90.
Bari moenia piscosi; || dein Gnatia Lymphis 5, 97.
Ambitione relegata || te dicere possum 10, 84.
Ille repotia, natalis || aliosve dierum II 2, 60.
Pauper Opimius argenti || positi intus et auri 3, 142.
Altercante libidinibus || tremis ossa pavore 7, 57.
Responsare cupidinibus || contemnere honores 85.
Victrix turba, nec ardenti || decoxit aeno Iuv. XV 81.
*Contra fortunam armati || contraque pudorem XVI 34.

In illis autem, qui caesura omnino carent, omnibus composita inveniri inde fieri videtur, quod, cum nulla caesura versui inest, verisimilitudo, ut mathematici dicunt, maior est, ut composita exstent, velut Hor. S. II 3, 134 duo composita invenimus.

Considerandum quoque est Horati eos versus qui, nisi compositum divellimus, nullam caesuram praebere videntur, ambo in tertia alterius libri satura existere, alibi nullos tales inveniri. Nam haec satura omnino aliquo neglegentius est composita, quantum ad numeros, velut in ea plurimi occurrunt versus, qui binas idemque qui ternas caesuras habent, atque etiam qui quattuor unus. Mea quidem est haec sententia haud ita multum iniuriae Horatio inferri, si eum hos versus sine ulla caesura composuisse credimus. Neque enim est aetas Lucani — conferas, quod paulo ante dixi, apud Persium tales versus non inveniri —, cuius in versibus Mirgel lege sua utendum esse non putare videtur.

Nullo igitur modo inter praepositionem vel ,in‘ negativum atque verbum caesuram exstare posse iudico. Propterea quattuor

illis versibus caesuram inesse nullam censeo, his semiseptenariam nulla antecedente alia incisione.

Deinde in iis quos stellulis notavi versibus adhibita ratione Meieri Lachmannum secuti semiquinaria elisione obscurata poni posset. Ille enim (84 p. 1046) in his versibus:

Crudelem medicum | intemperans aeger facit
Iustitia | inviolata malis placidissima virgo
Nec taedebit avum parvo | advigilare nepoti
Cum sic unanimam | adloquitur male sana sororem

eis locis, quos lineolis notavi, incisiones rectas fieri dicit. Equidem in quattuor illis versibus non caesuras, sed diaereses exstare contenderim, mitigatas quidem elisione vel potius synaloephe. Caesuras his locis in charta tantum inveniri posse dico, nam enuntiantur totae hae voces: intemperans inviolata advigilare adloquitur; quarum primae syllabae eum locum obtinent, post quem caesura esse debet. Quid equidem contra dicam elisionem in caesura, his quattuor versibus illustratur:

Argentum amanti homini | adulescenti animi impoti Plaut. [Trin. 131
Adtuleratque | in castra nefas. Pro fata! quis ille Lucan. II 98
Procumbunt orni, nodosa | impellitur ilex Lucan. III 440
Heu quantum fortuna | umeris iam pondere fessis Lucan. V 354.

Cf. L. Müller p. 220.

I.

1. Horati saturae.

2113 saturarum versuum bipartiti sunt 1913, eorumque in primo libro 917, in altero 996, tripartiti in summa 198, eorumque in primo libro 113, in altero 85. Nullam caesuram praebent duo (II 3, 134. 181).

Bipartitio plerumque efficitur semiquinaria, cui aut semiseptenaria aut diaeresis post quartum pedem subsidiaria adstat aut interdum caesura post quartum trochaeum. Praeterea nonnullis versibus tertia trochaica inest principalis, cui subsidiaria addita est aut diaeresis bucolica aut semiseptenaria aut quarta trochaica, interdum nulla.

Tripartitione facta subiecta est plerumque tertia trochaica, nonnunquam aut semiquinaria aut nulla.

Atque semiquinariae haec sunt exempla:

Qui fit, Maecenas, || ut nemo, | quam sibi sortem I 1, 1
Seu ratio dederit, || seu fors | obiecerit, illa 2
Aiunt, cum sibi sint || congesta | cibaria: sicut 32
O fortunati || mercatores, gravis annis 4

Invenitur in primo libro 840^{ies}, in altero 949^{ies}. Tertia trochaica et in his versibus invenitur:

Non usquam prorepit || et illis | utitur ante I 1, 37 (a)
Quodque aliena capella || gerat | distentius uber 110 (b)
Ut quondam Marsaeus || amator | Originis ille 2, 55 (c)
Custodes, lectica, || ciniflones, parasitae 98 (d)

et in his:

a) I 1, 16. 2, 7. 93. 121. 3, 11. 32. 69. 4, 9. 11. 21. 27. 42. 46. 74. 104. 5, 12. 60. 99. 6, 88. 104. 128. 7, 4. 13. 8, 12. 44. 47. 9, 31. 66. 10, 2. 69. II 1. 5. 20. 39. 3, 25. 57. 109. 4, 13. 29. 5, 46. 6, 12. 54. 7, 62. 8, 40. 43. 55. 59. 73.

b) I 1, 99. 107. 115. 2, 20. 61. 62. 119. 3, 7. 51. 104. 112. 4, 49. 53. 143. 5, 55. 56. 91. 98. 6, 40. 42. 96. 8, 7. 9, 42. 10, 60. 70. 85. II 2, 16. 74. 76. 128. 3, 24. 48. 173. 207. 5, 10. 48. 93. 6, 4. 89. 98. 114. 7, 50. 115. 8, 32. 61.

c) II 8, 12.

d) I 3, 38. 130. 4, 1. 10, 51.

Doctores || elementa | velint || ut discere prima I 1, 26
Cum ripa || simul avolsos || ferat Aufidus acer 58
At ni id fit || quid habet | pulchri || constructus acervos 44

Haec forma nonnumquam confirmatur homoeoteleutis aut anaphora talibusve, velut:

Hic oculis || ego nigra | meis || collyria lippus I 5, 30.
Est opifex, || solus | sic **rex** || . vellunt tibi barbam 3, 133
Ut nudam || **ne** crure | malo || **ne** sit pede turpi 2, 102.

Invenitur cum trochaica incisione 88 ies (idque 43 ies in primo libro), cum semiquinaria 69 ies (in primo libro 47 ies), nulla caesura interiecta 40 ies (22 ies).[7])

Monosyllabum in fine versus altero non antecedente saepe invenitur, nempe his versibus:

I 1, 48. 50. 56. 62. 81. 92. 94. 2, 8. 22. 77. 97. 100. 107. 111. 120. 131. 3, 5. 9. 10. 13. 30. 32. 56. 81. 121. 124. 128. 4, 29. 41. 43. 57. 64. 70. 74. 103. 110. 112. 122. 125. 141. 142. 5, 56. 59. 102. 6, 27. 66. 90. 98. 100. 114. 7, 13. 19. 33. 9, 19. 38. 47. 57. 62. 67. 10, 15. 16. 78. 89.

II 1, 55. 75. 2, 18. 23. 71. 87. 91. 3, 68. 80. 94. 120. 135. 177. 185. 187. 202. [213.] 217. [273.] 277. 324. 4, 6. 5, 2. 5. 6, 2. 6. 36. 44. 54. 75. 7, 47. 51. 63. 78. 79. 98. 8, 37. 71. 73. 80. [92].

Transeamus ad elisiones, quas inveni 842 earumque 382 in primi libri 316 versibus, 460 in alteri libri 365 versibus. Binas enim elisiones praebent libri primi versus 45, alterius 62, ternas

---

7) In quibus hic versus:

Vixi cum quibus? absentem qui rodit, amicum I 4, 81.

qui fortasse viginti illis adnumerandus est, qui semiseptenariam solam habent.

l. I. 9, II. 15, quaternas unus in utroque. De quibus in singulas saturas distributis vd. tb. XII p. 25.

Quomodo elisiones in singulos pedes distribuantur, hac tabella (I) demonstratur:

pedes		1		2		3		4		5		6			
lib.	sat.	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis		
	I	2	4	4	2	3	3	1	4	5	7	0	1	36	
	II	1	6	9	6	1	6	10	7	5	4	4	1	60	
	III	2	8	17	3	8	5	6	7	2	3	6	1	68	
	IV	(1)	10	4	2	2	5	4	3	5	3	3	1	43	
	V	0	2	7	2	4	2	0	6	2	2	3	0	30	
I	VI	1 + (1)	9	12	2	3	5	7	3	2	3	0	0	48	382
	VII	0	2	3	1	2	0	3	1	2	1	1	0	16	
	VIII	0	3	2	2	0	1	1	3	1	4	0	0	17	
	IX	1	2	7	4	3	1	5	2	2	5	4	0	36	
	X	0	3	5	4	4	3	1	1	1	3	3	0	28	
		7 + (2)	49	70	28	30	31	38	37	27	35	24	4		
	I	0	2	6	6	5	2	3	3	1	1	2	0	31	
	II	0	15	9	5	1	2	5	7	4	2	4	1	55	
	III	2	23	43	12	25	7	21	33	15	16	10	0	207	
II	IV	0	5	3	2	2	2	1	2	3	0	1	0	21	460
	V	0	4	10	3	2	2	3	5	2	0	2	0	33	
	VI	0	11	10	2	3	2	1	9	3	3	4	0	48	
	VII	0	3	6	7	7	2	9	3	1	4	1	0	43	
	VIII	0	3	6	1	1	2	2	1	0	2	3	1	22	
		2	66	93	38	46	21	45	63	29	28	27	2		
		11	115	163	66	76	52	83	100	56	63	51	6		

Ei primae columnae numeri, quos uncis circumclusi, significant elisam syllabam ultimam esse antecedentis versus hypermetri ut dici solet.

Antequam ad quantitatem earum, quae sunt in elisione, syllabarum venimus, pauca dicenda sunt de prosodia Horati. Qui littera o finali semper — exceptis ‚modo' ‚duo' talibusque notis — pro longa utitur, velut homō (I 2, 31), nemō (I 1, 87. 9, 45) dicō (I 2, 48) ergō (I 10, 7. II 5, 101), semel pro brevi: vetŏ I 1, 104. Vocali i in fine verbi posita permiscue, ut omnes, utitur in his verbis ‚mihi' ‚tibi' ‚nisi' aliisque, in tabellis brevem feci.

Iam sequatur altera de quantitate tabella II:

liber	satura	breves		mediae		longae			
		a. l.	a. b.	a. l.	a. b.	a. l.	a. b.		
I	I	7	9	7	1	9	3	36	382
	II	22	9	13	3	12	1	60	
	III	25	9	19	2	12	1	68	
	IV	12	10	7	6	8	0	43	
	V	7	2	11	3	7	0	30	
	VI	13	13	9	1	11	1	48	
	VII	1	1	9	3	2	0	16	
	VIII	4	7	3	1	1	1	17	
	IX	7	4	12	4	7	2	36	
	X	9	9	6	1	3	0	28	
		107	73	96	25	72	9		
II	I	8	2	7	3	11	0	31	460
	II	13	7	16	6	10	3	55	
	III	49	19	65	20	50	4	207	
	IV	7	3	4	1	5	1	21	
	V	9	2	13	1	7	1	33	
	VI	8	5	11	3	14	7	48	
	VII	8	8	11	3	9	4	43	
	VIII	11	5	3	1	2	0	22	
		113	51	130	38	108	20		
		220	124	226	63	180	29		
		344		289		209			

Vocabulum ‚est' aphaeresi deminutum est in primo libro 54^{ies}, in altero 42^{ies}, ‚es' in altero ter. Quae in singulas saturas distributa invenis tb. XI p. 24.

Monosyllaba ante monosyllaba eliduntur 12 in primo, 7 in altero libro.

Syllabam ‚-que' elisam habent primi libri 48, alterius versus 31.

2. Persius.

Persi versuum 653 bipartitione secati sunt 612, tripartitione 41. Atque semiquinariam principalem 608^{ies}, trochaicam quinquies inveni, nempe his versibus III 60. 100. V 112. VI 7. 47. Tripartiti sunt interiecta trochaica 20, semiquinaria 15, nulla 6 versus. Homoeoteleuta Persius vitasse videtur, nusquam inveniuntur apud eum.

In monosyllabum unum exeunt hi versus:
I 111. 134. II 54. V 68. 74. 143.

Elisiones occurrerunt 291 in 244 versibus, quorum binas praebent 37, ternas 5. In singulos pedes distributas haec enumerat tabella (III):

pedes	1		2		3		4		5		6		
sat.	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis	
I	0	8	13	4	12	10	8	11	10	5	2	0	83
II	0	3	8	1	1	4	4	11	2	1	0	0	35
III	0	10	4	1	5	1	4	4	0	0	0	0	29
IV	0	5	3	0	1	0	0	4	0	1	2	0	16
V	2	11	18	2	6	3	12	12	2	2	5	0	75
VI	0	6	16	0	2	1	7	3	3	7	8	0	53
	2	43	62	8	27	19	35	45	17	16	17	0	

Quantum ad prosodiam, Persius medius fere est inter Horatium atque Iuvenalem. Legimus apud eum:

vertigō (V 76), ratiō (119), ambitiō (177), sorbitiō (IV 2), nemō (I 3), inducō (VI 49), relegō (V 118), mandō (II 39), amō (I 55), discedō (I 114), ideō (VI 23), quandō (IV 28), sartagŏ (I 80), seniŏ (III 48), barŏ (V 138), vetŏ (I 112), queŏ (V 133), volŏ (V 84. 87), nesciŏ (V 12), accedŏ (VI 53).

Sequitur de quantitate tabella IV:

satura	breves		mediae		longae		
	a. l.	a. b.	a. l.	a. b.	a. l.	a. b.	
I	34	11	17	3	13	5	83
II	13	5	3	1	11	2	35
III	8	7	8	1	5	0	29
IV	5	2	2	1	5	1	16
V	29	9	18	5	14	0	75
VI	22	12	8	1	9	1	53
	111	46	56	12	57	9	
	157		68		66		

Vocabuli ‚est' aphaeresin 32 ies inveni, ‚es' semel (III 23). Vd. tb. XI p. 24.

Monosyllaba ante monosyllaba 6 ies eliduntur.

Syllaba -que elisa est 37 ies.

3. Iuvenalis.

3830 Iuvenalis versuum in duas partes divisi sunt 3295, in tres 533, caesura carent duo (X 358, XIV 108). Atque semiquinaria

principalis inest 3271 versibus, trochaica tertia 17. Versus tripartiti sunt cum trochaica 251, cum semiquinaria 156, nulla adiecta 126. Homoeoteleutis saepius utitur Iuvenalis, velut
V 75: impleri panisque tui novisse colorem
VI 128: tristis abit, et quod potuit tamen ultima cellam.

Monosyllabum unum hos terminat versus:

I 31. 49. 97. 159. II 22. 28. 83. 115. 129. 132. 146. III 23. 27. 90. 155. 180. 191. 203. 221. 273. 302. 305. 310. 318. IV 140. V 8. 15. 20. 72. 88. 114. 129. 132. 137. 166. VI 36. 279. 309. 331. 339. 388. 395. 406. 440. 457. 645. 649. VII 20. 99. 102. 124. 147. 152. 166. 188. 194. 199. 208. 220. VIII 9. 14. 36. 62. 68. 98. 112. 191. 215. 232. IX 46. 51. 78. 99. 146. X 82. 85. 119. 225. 240. 268. 302. 308. 310. 338. 342. 346. 347. 349. XI 15. 21. 50. 110. 114. XII 41. XIII 26. 35. 95. 97. 150. 160. 170. 225. XIV 31. 38. 92. 101. 105. 226. [276]. 306. 316. XV 13. 24. 40. 47. 89. 98. 106. 118. 130. 173. XVI 9. 24. 51.

Iam venimus ad elisiones. Habent Iuvenalis 1093 versus 1258 elisiones, ex quibus binae insunt 134 versibus, ternae 14, quaternae uni (XI 161).

Distribuuntur in singulos pedes hac tabella (V):

pedes		1		2		3		4		5		6			
lib.	sat.	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis		
I	I	0	6	13	5	4	1	3	3	5	0	1	0	41	288
	II	0	8	10	2	6	4	8	6	4	0	2	0	50	
	III	0	12	22	9	13	7	11	22	6	2	1	0	105	
	IV	0	10	12	1	6	3	2	10	3	0	0	0	47	
	V	0	5	10	7	7	2	4	4	3	3	0	0	45	
II	VI	0	24	40	10	30	13	19	20	11	1	0	0	168	168
III	VII	0	8	20	8	4	7	3	13	3	5	1	0	72	223
	VIII	0	12	24	6	8	5	12	14	6	1	0	0	88	
	IX	0	13	16	3	7	2	8	11	2	1	0	0	63	
IV	X	0	20	44	15	16	10	13	30	8	3	1	0	160	269
	XI	0	17	11	5	4	4	6	18	3	3	1	0	72	
	XII	0	9	6	4	2	2	2	11	1	0	0	0	37	
V	XIII	0	13	16	5	9	8	12	10	2	2	1	0	78	310
	XIV	0	19	26	9	19	13	10	20	3	2	1	0	122	
	XV	0	13	18	8	13	5	8	16	4	0	2	0	87	
	XVI	0	1	6	2	3	2	2	4	2	1	0	0	23	
		0	190	294	99	151	88	123	212	66	24	11	0		

De prosodia iam indicavi Iuvenalem finalem o — nisi scilicet ubi dativum vel ablativum significat[8]) — plerumque corripuisse, velut legimus: Veientŏ (IV 123), Pisŏ (V 109), prurigŏ (VI 327), cenatiŏ (VII 183); tamen inveni etiam: nequeō (VII 56), dactylici videlicet metri causa finali producta, ut etiam videō, taceō, ideō, adeō, praeterea, ‚erō', id quidem ante caesuram positum (IX 147),[9]) ‚ergō' (III 281).

Hoc autem modo secundum quantitatem elisiones distribuendae sunt (Tab. VI):

libero	satura	breves		mediae		longae			
		a. l.	a. b.	a. l.	a. b.	a. l.	a. b.		
	I	15	6	16	1	2	1	41	
	II	24	6	14	3	3	0	50	
I	III	43	13	35	6	8	0	105	288
	IV	21	8	15	2	1	0	47	
	V	18	7	11	4	5	0	45	
II	VI	74	21	50	5	17	1	168	168
	VII	28	17	18	5	4	0	72	
III	VIII	36	10	29	8	5	0	88	223
	IX	21	9	19	5	9	0	63	
	X	74	21	47	3	14	1	160	
IV	XI	29	14	17	8	4	0	72	269
	XII	15	6	11	2	3	0	37	
	XIII	27	11	27	5	8	0	78	
V	XIV	42	21	40	10	8	1	122	310
	XV	37	13	25	6	6	0	87	
	XVI	8	3	8	1	3	0	23	
		512	186	382	74	100	4		
		698		456		104			

‚Est' intercidit 102ies, ‚es' numquam. Vd. tb. XI p. 24.

Monosyllabum elisum ante monosyllabum hoc uno versu X 217 exstat.

Syllaba -que eliditur 182 versibus.

[8]) quamquam III 232 ‚vigilandŏ'.

[9]) sicut etiam ‚nemō' XIV 207.

II.

Iam ut ad singulos poetas satiricos cum epicis aequalibus comparandos accedamus, binae partes faciendae sunt, quarum prior de caesuris brevioris spatii erit. Nam cum sermone satiricorum carminum efficiatur, ut in illis caesurae minus respondeant ad sensum quam in epicis fieri solet, non idem utrisque adhiberi potest iudicium. Quonam modo inter se comparentur hi e. g. versus, quorum utrique inest semiquinaria cum semiseptenaria, huic Lucani, illi Persi?

Bella geri placuit nullos habitura trimuphos
‚Hunc — cuinam?' ‚cuinam? vis Staio?
an — scilicet haeres?'

Ea si summum sumis adhibenda sunt, quae aut vitare ut turpia solent poetae, aut raro usurpantur. Sunt semiquinaria altera sequente caesura nulla, semiseptenaria, cui nulla antecedit caesura, versus, quibus omnino nulla caesura inest, tertia trochaica principalis loco posita, eadem nulla caesura insequente.

Semiquinariam igitur, cui subsidiaria non adstat, apud Horatium in primo libro 21ies, in altero 32ies inveni, in summa igitur 53ies, h. e. in 5,146 centenum versibus, eandem apud Vergilium in 1,326 centenum. Ex quo videmus Vergilium diligentiorem fuisse in hac re, quod quidem etiam in semiseptenaria sine subsidiaria usurpanda fuit. Nam in 0,796 centenum versibus occurrit, cum apud Horatium in 0,947 centenum. Quamquam in hoc non ita magna est differentia, rursus in versibus sine ulla omnino caesura permagna. Tales enim versus in Vergili I. libro non inveniuntur.[10] Deinde tertia trochaica principalis ab Horatio in 10,097 centenum versibus usurpata est, a Vergilio in 2,653 centenum, eaque nulla insequente caesura ab Horatio 5ies, a Vergilio numquam. A mono-

---

[10]) cf. tamen XI 758, XII 144.

syllabis in fine versuum positis abstinet Vergilius, tres versus inveni in primo Aeneidos libro.[11]) Contra Horatium permultos versus illo modo clausisse iam antea vidimus.

Atque ut transeamus ad elisiones, in hac re diligentiorem se praestat Horatius. Elisiones enim habent centenum versus 47, 355 Vergili, 39, 781 Horati. Quamquam alioquin paulo accuratior est ille, nam binas elisiones Horati 15, 666 versus centenum praebent, Vergili 12, 739, ternas illius 3, 367, huius 0,637, quaternas illius duo versus, huis nullus. Atque in -que Horati centenum 9,382, Vergili 25,140 elisiones incidunt. — Iam si spectamus, quomodo in singulos pedes distribuantur, utrumque poetam longe plurimas elisiones pati in arsi alterius pedis videmus (Vergili 23, 464 centenum, Horati 19, 359), sequi apud Vergilium tertiam arsin (17, 598 cent.), tum quartam thesin (14, 804), apud Horatium primam thesin (13, 658), tum quartam thesin (11, 877). De ceteris locis videas tabellam VIII p. 20; haec tantum momenti esse mihi videntur. — Dum in distributione per singulos pedes similiter fere poetas fecisse videamus, aliquid interest inter utrumque in distribuendo quantitates syllabarum. Nam ex tabella IX p. 23 videmus earum, ante quas eliditur, syllabarum longarum primum locum tenere apud Vergilium eas, quae breves summovent, apud Horatium, quae medias. Hoc summi momenti mihi videtur esse, quippe quod etiam in ceterorum poetarum usu conspiciemus. Ceterum apud utrumque sequuntur longas opprimentes syllabae longae, tum syllabarum brevium eae, quibus breves antecedunt elisae, ita ut mediae ante longas plures sint quam breves ante breves. Deinde in longis ante breves elisis Vergilius accuratior fuit. 1, 955 tantum tales habet centenum, cum Horatius 3, 444.

Haec satis fuerint de Horatio. Tum Persius cum aequalibus comparandus est, omisso quantum ad caesuras Petroni bello civili; nihil enim valet ad rem.

Atque ex eo, quod semiquinaria sine subsidiaria caesura apud Persium 33ies (i. e. in 5, 054 cent. vers.), apud Lucanum 32ies (i. e. in 0, 409 cent. vers.) invenitur, hic quoque epicum

---

[11]) 65. 105. 151.

poetam diligentia antecedere videmus. Semiseptenaria nulla subsidiaria adiuta numquam apud utrumque exstat, neque etiam versus caesura carentes. Tertiam trochaicam principalem Persius quinque versibus dedit, Lucanus nulli. Qui etiam in monosyllabis versus terminantibus diligentior fuit. Uno enim loco tale occurit (IX 723), cum apud Persium sex, quos antea enumeravi.

Deinde in elisionibus longe inter se dissentiunt et Persius et Lucanus Petroniusque. Nam cum horum alter in 12, 965, alter in 24, 068 versibus centenum habeat elisiones, apud illum in 44, 762 inveniuntur elisiones. — Atque etiam in distribuendo valde discedunt satiricus epicique poetae, primum quod plurimas elisiones Lucanus habet in quarta thesi (40, 192 cent.) sequentibus prima thesi (15, 215 cent.) secundaque arsi (13, 206), Petronius in secunda thesi (30, 986), sequentibus quarta thesi (22, 536) et secunda arsi (11, 268) tertiaque thesi (totid.), at Persius in secunda arsi (21, 306) sequentibus quarta thesi (15, 464) prima thesi (14, 777) quarta arsi (12, 029). Ex quo videmus Persium in arte Horati Vergilique aliorumque ut postea ostendam veterum mansisse. — Tum etiam in distributione syllabarum secundum quantitatem facta Persius ab aequalibus dissidet. Nam longis syllabis deminutas praebet longas plures quam medias (longas 19, 588 cent., medias 19, 244 cent.), plurimas quidem breves (38, 144), cum illi plurimas breves (atque Lucanus 56, 842, Petronius 54, 929) sequentibus mediis (16, 268 apud Lucanum, 14, 084 apud Petronium) atque brevibus (5, 742 apud Lucanum, 5, 634 apud Petronium). Deinde cum brevium ante breves elisarum plures sint quam mediarum ante longas apud Lucanum (18, 564; 16, 268) et Petronium (22, 536; 14, 084), apud Persium mediae ante longas (19, 244) plures sunt. Sed in hac re Persius exempla sua secutus est, Horatium atque, ut videbimus, Lucilium. In longos ante breves elidere vitando Petronius (2, 817) medium fere obtinet inter Lucanum (0, 670) et Persium (3, 093).

Nunc vertamus nos ad Iuvenalem cum Statio comparandum. Atque paulo diligentiorem in plerisque esse epicum poetam mirum non est. Semiquinariam enim nulla subsidiaria adiutam apud Iuvenalem in 5, 588 fere centenum versibus invenimus, apud

Statium in 4, 167 fere. Semiseptenariae nulla antecedit caesura in octo Iuvenalis[12]), nullo Stati versu. Versus nulla caesura secatos Statius nullos, Iuvenalis duo (X 358, XIV 108) praebet. Tertia trochaica a Statio 6^{ies}, a Iuvenale 17^{ies} usurpata mihi occurrit eaque sine subsidiaria insequente et apud Statium (I 204) et apud Iuvenalem (VI 430) semel. Denique monosyllaba singula in fine versus posita Statius diligentissime vitat, Iuvenalem abunde admittere iam vidimus.

Elisiones omnino plures habet Statius (40, 278 cent.) quam Iuvenalis (32, 481 cent.). In distributionibus hi quoque poetae discedunt. Nam Statius longe plurimas (27, 586 cent.) quartae thesi dedit, Iuvenalis secundae arsi (23, 370 cent.)[13]), sequuntur illic secunda arsis (13, 104) et prima thesis (11, 379), hic quarta thesis (16, 852) et prima thesis (15, 103). Ceterum quod quantitatem syllabarum attinet, persimilis est Iuvenalis Statio. Est enim hic ordo, ut plurimae elisiones sint breves ante longas (44, 827 apud Statium, 40, 700 apud Iuvenalem), alterum locum obtineant mediae ante longas (26, 552; 30, 366), tertium breves ante breves (18, 276; 14, 785), quartum longae ante longas (8, 276; 7, 949), quintum mediae ante breves (2, 069; 5, 882). Denique quod longae ante breves elisae primo Thebaidos libro non insunt, hoc forte factum esse putaverim.

---

[12]) Quorum unum (VI 327) omisit Eskuche p. 75.

[13]) Valde enim erravit Eskuche, qui (p. 63) 314 sibi occurrisse dicit post quartam arsin elisiones. Sunt 212 adiectis vel iis versibus, in quibus -que eliditur, quos quidem E. non comprehendit. Quod cum summi momenti sit, dolendum est virum doctissimum in hac re per erratum falsum enarrasse.

III.

Sequitur summa eademque gravissima pars, qua omnes quos tractavi poetas inter se comparare propositum est. Atque etiam hic cum summum in elisionibus positum esse mihi persuaserim, reliqua omnia antea paucis ostendam.

Caesuras igitur contemplantes statim videbimus tripartitionem paulatim usitatiorem fieri etiam apud satiricos, contra trochaicam tertiam magis magisque evitari, velut apud Lucanum numquam invenitur, apud Statium raro. Ceterum procedente tempore omnino artem metricam etiam satiricorum excoli firmare argumentis opus non est. Quamquam Lucani aetas fastigium diligentiae metricae fuisse videtur, velut iam a Statio iterum trochaicam tertiam usurpatam invenimus itemque Iuvenalem in nonnullis paulo neglegentiorem esse ex eo e. g. elucet, quod in octo versibus ante semiseptenariam nullam caesuram habet. Idem ex elisionum usu cognosci potest, ad quem nunc accedamus observandum.

Adhibendos habui huc etiam Lucilium Enniumque, ut continuitas ex principio deducta clarior fiat.

Atque quot omnino syllabae elidantur a singulis poetis pro numero versuum, haec tabella (VII) doceat:

	versus	elision.	centenum		versus	elision.	centenum
Ennius . .	c. 600	74	12,333	Lucilius .	300	231	77,000
Vergilius .	756	358	47,355	Hor. sat. .	2113	842	39,781
Lucanus . .	8060	1045	12,965	Hor. epist. .	641	107	16,693
Petr. b. civ. .	295	71	24,068	Persius . .	650	291	44,762
Statius . .	720	290	40,278	Iuvenalis .	3873	1258	32,481

Ex qua videmus apud epicos numerum elisionum in summa minorem esse quam apud satiricos, plurimas habere Vergilium,

paucissimas Ennium et Lucanum, satiricorum plurimas Lucilium et Persium, paucissimas Horatium et Iuvenalem. Ceterum demonstratur hac tabella hoc quoque Horatium in epistulis [14]) multo diligentiorem fuisse quam in saturis.[15])

De ‚est‘ et ‚es‘ per aphaeresin deminutis atque de voce ‚-que‘ elisa tabellas tantum affero. Momenti hoc mihi videtur esse parvi, contra gravissimi, quomodo in pedes singulos elisiones distribuantur. Hoc pro versuum numero computatum atque enarratum habes tabella VIII.

	1. pedis		2. pedis		3. pedis		4. pedis		5. pedis		6. pedis	
	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis	arsis	thesis
Lucilius .	0,866	12,554	16,450	5,628	12,121	9,957	10,390	14,719	9,091	4,762	3,460	0,000
Hor. sat. .	1,306	13,658	19,359	7,837	9,026	6,176	9,858	11,877	6,651	7,483	6,057	0,712
Hor. epist. .	0,000	14,953	18,692	3,738	16,822	1,869	9,346	16,822	4,673	6,542	5,608	0,935
Vergilius .	0,559	12,291	23,464	7,821	17,592	9,497	5,307	14,804	5,028	2,793	0,838	0,000
Persius .	0,687	14,777	21,306	2,748	9,279	6,530	12,029	15,464	5,841	5,498	5,841	0,000
Lucanus . .	0,000	15,215	13,206	8,708	2,488	6,794	3,253	40,192	8,230	0,766	1,148	0,000
Petr. b. civ. .	0,000	30,986	12,268	1,408	4,225	11,268	8,450	22,536	7,043	1,408	1,408	0,000
Iuvenalis .	0,000	15,103	23,370	7,870	12,003	6,995	9,777	16,852	5,247	1,908	0,875	0,000
Statius . . .	0,000	11,379	13,104	6,897	9,310	8,276	11,379	27,586	8,621	1,379	2,069	0,000
Hor. sat. I	2,356	12,827	18,325	7,328	7,853	8,115	9,947	9,686	7,067	9,167	6,282	1,047
Hor. sat. II	0,435	14,348	20,217	8,261	9,998	4,566	9,783	13,695	6,305	6,087	5,870	0,435

Ex qua cognosci potest omnes satiricos plurimas elisiones secundae arsi tribuisse, cum epicorum Vergilius quidem item secundam arsim praetulerit, reliqui quartam thesin, excepto Petronio, apud quem prima thesis aliquid praevaleat, quod quidem pro parvo versuum numero fortuito factum esse censeo, nam eo quod secunda arsis cedit primae thesi cum Lucano aequali suo convenit, cum rursus Statius, quippe qui etiam alioquin parvulo recedat a more Lucani Petronique, Vergilium iterum secutus in secunda arsi plures habeat elisiones, plurimas sane in quarta thesi ipse quoque.

Atque nunc videas tabellam XIII.

[14]) Epistularum selegi has: I 1—4, 18, 20. II 1.

[15]) cf. Schultz, Beitr. p. 10; A. Waltz, Des variations p. 244; Kießling in comm. p. XXIV; Waltz p. 163 sq.

Iam ante oculos est hexametrum Latinum primo — adieci enim Ennium[16]) — secundae arsi plurimas tribuisse elisiones idque servatum esse ab epicis usque ad Vergilium tantum, a satiricis non solum usque ad Horatium Vergili aequalem, sed ab omnibus. Ex quo mihi evidens fit satiricos etiam in metricis inter se cohaerere, quamquam etiam epicos aequales non neglexerunt. Quod etiam in singulis cognosci potest, velut secundum locum tenere videmus quartam thesin apud Ennium Lucilium Horatium Persium Iuvenalem, paucas elisiones habere secundam thesin apud Ennium Vergilium atque satiricos omnes. Epicos autem saepe rationes mutasse videmus, si Lucanum Petroniumque comparamus cum Statio. Nam cum apud illos prima thesis plures habeat elisiones quam secunda arsis, apud Statium contrarium exstat, quippe qui Vergilium potius Enniumque imitari videatur. Haec omnia, quantum ad epicos, diligentius quaesita quin permultum novi ad hexametrum Latinum recte cognoscendum eiusque varium variatumque usum perspiciendum afferre potuerit, equidem non dubito.

Denique id quod e distributione per singulos pedes perspicuum fit, confirmatur, si quantitatem syllabarum observamus. Atque etiam hoc similem in modum geometricis formis notavi tabella XIV.[17])

Ex hac tabella iterum videmus Ennium Vergilium atque satiricos omnes consentire, scilicet in eo, quod longas ante medias elisas plures habent quam breves ante breves, cum Lucanus Petroniusque in contrario conveniant, Statius rursus vetera exempla sequi videatur. Mirum est quod Lucilius Horatiusque soli medias ante longas plures habent quam breves ante longas. Deinde Persius eo quod longas ante longas plures habet quam medias a ceteris omnibus recedit.

[16]) qui hanc praebet distributionem:

1		2		3		4		5		6	
a.	th.	a.	th.	a.	th.	a.	th.	a.	th.	a.	th.
1,35	8,11	21,62	1,35	6,76	9,46	8,11	12,22	9,46	16,22	1,35	0

[17]) numeros praebet tab. IX p. 23.

Igitur, ut iam omnia comprehendam, videmus satiricos in hexametro versu et epicos aequales et exempla sui ipsorum generis respicere, illos potissimum in caesuris, hos in elisionibus. Quod per se mirum hoc fortasse modo explicari potest, ut in caesuris certas leges secutos esse poetas Latinos, in elisionibus non tam per meditationem atque voluntatem quam per sensum atque usum ex legendo vel audiendo ortum fecisse ponamus, praecipue satiricos, qui elisiones quomodo collocarentur diligentia et deliberatione dignum esse non censerent. Sed certe de hac re iudicare non potest nisi qui omnium illorum temporum poetarum omnium versus omnes perscrutatus est, praecipue Ovidi, quem in hoc opusculo non omisissem, nisi iam diu in animo haberem has quaestiones posthoc amplificare atque etiam si opus erit ea quae hoc loco dicta sunt corrigere.

Tab. IX.

	breves		mediae		longae	
	a. l.	a. b.	a. l.	a. b.	a. l.	a. b.
Lucilius . .	26,407	7,792	28,571	5,195	27,273	4,762
Hor. sat. . .	26,128	14,727	26,841	7,483	21,377	3,444
Hor. epist. .	21,495	15,888	35,514	8,411	13,084	5,608
Vergilius .	38,548	11,173	24,860	1,676	21,788	1,955
Persius . .	38,144	15,808	19,244	4,123	19,588	3,093
Lucanus . .	56,842	18,564	16,268	1,914	5,742	0,670
Petr. b. civ.	54,929	22,536	14,084	0,000	5,634	2,817
Iuvenalis . .	40,700	14,785	30,366	5,882	7,949	0,318
Statius . .	44,827	18,276	26,552	2,069	8,276	0,000
Hor. sat. I .	28,010	19,110	25,131	6,545	18,848	2,356
Hor. sat. II .	24,566	11,085	25,261	8,261	23,479	4,348

Tab. X a.

	elision.	que	centenum	
Lucilius . .	231	31	13,420	
Hor. sat. l. I	382	48	12,565	9,652
Hor. sat. l. II	460	31	6,739	
Hor. ep. . .	107	8	7,480	
Persius . .	291	37	12,715	
Iuvenalis . .	1258	182	14,467	

Tab. X b.

	elision.	que	centenum
Vergilius . .	358	90	25,140
Lucanus . . .	1045	584	55,885
Petron. b. civ.	71	35	49,296
Statius . . .	290	79	27,240


Tab. XI.

	lib.	sat.	synaloephae	est + (es)	centenum	centenum
Lucilius			241	10	4,149	4,149
Hor. sat.	I	I	436	7	12,385	10,658
		II		19		
		III		9		
		IV		4		
		V		2		
		VI		4		
		VII		2		
		VIII		0		
		IX		4		
		X		3		
	II	I	505	1	8,931 + (0,594)	
		II		4		
		III		16 + (2)		
		IV		5		
		V		7		
		VI		7		
		VII		1 + (1)		
		VIII		1		
Hor. ep.			127	19 + (1)	14,901 + (0,787)	14,961
Persius		I	323	7	10,217 + (0,310)	10,217
		II		3		
		III		3 + (1)		
		IV		2		
		V		9		
		VI		8		
Iuvenalis	I	I	317	5	9,148	7,645
		II		1		
		III		16		
		IV		5		
		V		2		
	II	VI	186	20	10,638	
	III	VII	237	3	5,907	
		VIII		6		
		IX		5		
	IV	X	285	8	5,614	
		XI		6		
		XII		2		
	V	XIII	333	10	6,907	
		XIV		8		
		XV		3		
		XVI		2		
Vergilius			367	9	2,452	
Lucanus			1253	203 + (5)	16,201 + (0,399)	
Petr. b. civ.			80	9	11,250	
Statius			296	6	2,027	


Tab. XII.

	lib.	sat.	versus			centenum			
			2 elision.	3 elision.	4 elision.	(2)		(3)	
Lucilius			38	15	6	26,207		10,345	
Hor. sat.	I	I	6			14,215	15,712	2,248	3,524
		II	3	2					
		III	8	3	1				
		IV	5						
		V	4						
		VI	7	1					
		VII	4						
		VIII	1	2					
		IX	6						
		X	1	1					
	II	I	3	2		16,986		4,109	
		II	9						
		III	32	9	1				
		IV	3						
		V	3						
		VI	8	2					
		VII	2	1					
		VIII	2	1					
Hor. ep.			10	3	1	11,365		3,409	
Persius		I	16	1		15,164		2,049	
		II	5	1					
		III	2						
		IV							
		V	7	2					
		VI	7	1					
Iuvenalis	I	I	2			9,302	12,260	1,163	1,281
		II	4	1					
		III	9						
		IV	5	2					
		V	4						
	II	VI	16	1		10,667		0,667	
	III	VII	9			17,112		1,070	
		VIII	14	1					
		IX	9	1					
	IV	X	17	2		11,489		0,851	
		XI	5		1				
		XII	5						
	V	XIII	6	2		13,308		2,281	
		XIV	17	1					
		XV	12	1					
		XVI		2					
Vergilius			40	2		12,739		0,637	
Lucanus			45			4,500			
Petr. b. civ.			9			14,516			
Statius			26	2		10,000		0,769	

Tab. XIII.


Statius
Petr. b. civ.
Lucanus
Vergilius
Ennius
pedes
Juvenalis
Persius
Hor. Epist.
Hor. Sat.
Lucilius
pedes
a
th.
1.
2.
3.
4.
5
6.
2 4 6 8 10 20 30 40

Tab. XIV.



Statius
Petr. b. civ
Lucanus
Vergilius
Ennius
breves
mediae
longae
a. l.
a. b.
5 10 15 20 25 30 35 40 45
5 10 15 20 25 30 35 40 45 50 55
Juvenalis
Persius
Hor. Epist.
Hor. Sat.
Lucilius

Vita.

Natus sum Arthurus Kusch Hohensalzae a. d. XV. kal. Sept. anni 1891 patre Hermanno, matre Bertha e gente Dahlmann, quibus utrisque adhuc viventibus valde gaudeo. Civis sum borussicus, fidei addictus evangelicae.

Primis litterarum elementis diversis locis imbutus sum. Tum gymnasium regium Landsbergense frequentavi inde ab anno 1900 usque ad annum 1910.

Maturitatis testimonium adeptus vere anni 1910 studiis philologicis operam dedi per duo semestria Berolini, per unum Gottingae, tum iterum per duo Berolini, reliquum tempus Gryphiae. Docuerunt me:

Berolini: Baesecke, Diels, Friedländer, Kretzschmar, Meister, R. M. Meyer †, Milan, Mutschmann, Norden, Roethe, E. Schmidt †, M. C. P. Schmidt, G. Schulze, Sieglin, Thiele, Wenckebach, Wentzel, de Wilamowitz.

Gottingae: Freiberg, Husserl, Leo †, Schröder, Schultz, Wendland.

Gryphiae: Ehrismann, Haußleiter, Hosius, Kögel, Lehmann-Haupt, Lommatzsch, Mewaldt, Otto, Pernice, Rehmke, Schöne, Semrau, G. Thiele, Wiegand.

Proseminarii per tria semestria sodalis fui Berolini, per unum Gottingae, seminarii Gryphiswaldensis per quattuor. Praeterea archaeologicis exercitationibus per quattuor semestria interfui itemque germanici seminarii et Berolinensis et Gottingensis et Gryphiswaldensis sodalis fui.

Omnium qui me docuerunt, praecipue Ernesti Lommatzsch adiutoris in hoc opusculo conficiendo benevolentissimi memoriam semper grato animo colam.